Quaestio medica Cardinalitiis exagitata Disputationibus In Scholis Medicorum die Jouis 22a Septembris.

ornatissimo viro D. Joanne Rochon D. M. Moderatore sapientissimo.

An febribus Refrigeratio Remedium?

Ut ex justa corporis temperie actionum temperies, ita ex ametria variarum laesio. Harum quaedam triviae sunt partis, totius corporis aliae, quae utraque certam affectus morbi sunt. totius corporis febris intemperies est, non aequalis, in humoribus non uere existens. in calore praeter naturam, cordi primum primo accensa omnibus subsistit. nec frigus in lipyria, aut a quo incipium paroxysmi febris est. Ille aut simplex, putridus, aut pestilens, contrario per quod aut instituitur curatio, diminuendus.

Febris symptomatica, quae ex essentialis dici potest, inflammationem comes, ut hepatis (cui ut ex ventriculo necessarius astringentium usus, non aliis ex partibus) non curatur. alias contra in omnibus urina pulsusque index. hic certior, illa in putridis maxime spectanda; non tamen in affectibus ventris superioris negligenda, sedimentum puri analogum, ut in pueris febricitantibus multum requiritur, sic in juvenibus picrocholicis; paucum abunde est. Album, laeve, aequale bonum, nigrum tamen malo non est. Calor omnis febrilis malus, etsi non raro a tetano et Epilepsia liberavit.

Putridarum calor ex putredine oritur: his obnoxia corpora calida humidaque; quamvis tenuia. hinc parens obstructio a lento, crassoque humore, et densitas a solo frigore, et styptica qualitate. Illis mulieres etiam deusae minus opportunae. pulsus inaequalis, systole celerior. intermittentium non tam accessionis tempore, quam febris specie, ex ingenio aestimandarum, prodromi frigus, rigor. haec dum adsunt, somnus obest, ut et sumpto medicamento, in statu vero non. ad fere brevis non arguit retardatio, ut nec anticipatio longas. Quod reddam facit motus, putredo, humoris cumulus. quod stata periodo sint redeuntes, non copia humoris, nec manifesta qualitas, in his ex vera saepe urina cocta non tamen judicans, cum alioqui coctio celeritatem judicii arguat.

In Diariis calor simplex, pulsus non inaequalis. Synochum non putredinem gignit sanguis. ab hoc nulla sanguinea putris. Hectica solum phlogosis, intemperies aequalis, eoque indolens, etsi calor aliquando auctior. Haec raro primo invadit, consumpto humido exsiccata. Calor pestilentium (quibus corpus pronius patet saepe, non lenis, sine impuriorum) tenuis infectus, mitis tamen. in his facultate naturali etiamnum integra, vitalis occidit: declarant urinas medicos decipientes.

Curationis febrium momenta. sanguinis missio putridis minus conveniens, quam purgatio: ardentibus ad lipothymiam apta, pestilentibus non item. his tamen ex malevolo convenit, cum bubo non erumpit. purgatio cacochymias modicum debita, ut consummatas epiualis, reddito corpore fluxo, nisi quod in acutis statim molienda. Coctio solius caloris nativi opus, ad salutarem crisim necessaria. Meatuum libertas per cephractica, et avcotica, quorum usus initio parum tutus. Tenuis in febre pestilenti (in qua acerva accuratus victus obest) per alexipharmaca correctio. Balnea Hecticis conveniunt, non febribus putridis. frigidas potus Hecticas praesens remedium, in causis affatim offerendus. Evacuatio per vomitum aluo purgandas pondere, vesicam intestinis inflammatis, ut ventrem venibus. Ex his omnibus refrigeratio, febri in calore pene et siccitate consistenti conveniens: Quamvis ab Hippocrate victus humidus febricitantibus recte praescribatur.

Ergo febribus Refrigeratio Remedium.

Guilielmus De Baillou Lutetianus. 1569.

F.M.P. BIBLIOTHEQUE